



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Caput 8. Circa Interdicti Diuisionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Secl. I. De Interdicto Recept. Sentent. 301

mo numer. 188. Filiuc. tractat. 18. capite septimo & alij.

55
Quinam possint Cessationem im-
ponere.
Summus Pontifex, Episcopus, Capitulum Sede vacante, Concilium Provinciale, Dioce- sanum, alique ab his delegati iuxta faculta- tem, sibi delegatam, vel consuetudine obten- tam, imponere possunt cessationem à diuinis propter delictum graue manifestum, ac noto- rium: idque exprimi debet in litteris, in quibus sententia continetur. Peccatum autem debet esse cum contumacia aduersus commune Ec- clesie bonum. Henric. l. 13. c. 54. n. 1. Reginal- d. l. 32. n. 72.

56
A quibus debet ab-
horreri Cef-
sationem tem-
poris.
Cessationis tempore præcipitur, abstinere à diuinis officiis, puta ab Horis Canonicis publice persoluendis, Missæ celebratione, &c. Vnde tunc non est licitum campanas ad Sa- cra pulsare. Tamen semel in hebdomade li- cet ob necessitatem infirmorum pro renouan- da Eucharistia priuatim cum vno ministro ce- lebrare, & Clerici possunt in Ecclesia priuatas recitare orationes: imo ei id licet binis, vel ternis submissa voce ianuus clausis sine cantu. Reginaldus libr. 32. nu. 75. & 77. Suar. disput. 39. sectione secunda. Henriquez libr. 13. c. 53. nu. 2. & 3.

57
Quoniam possint Sacramenta ministrari:
Cessationis tempore Sacramentum Ordinis aut Extremæ vnctionis laicis, aut Clericis non confertur: Sacramenta vero Baptismi, ac Pœ-

nitentia secundum benignam Doctorum in- terpretationem, ac praxim licite administran- tur: quamuis stando in rigore iuris, licite par- untis Baptismus, & Pœnitentia morientibus debeant ministrari, Sacramentum Eucharistie ægrotantibus solum confertur per modum viatici. Matrimonium vero celebrari omnino prohibetur. Sayrus libro quinto capite decimo nouo. Reginaldus libr. 32. numer. 70. Suar. d. 39. section. 2.

Cessatio à diuinis priuat etiam laicos Sa- cra sepultura: Clericis nō ex benigna iuris in- terpretatione, modo in silentio, & sine diuinis humentur officiis. Auila d. 1. dub. 10. Suar. d. 39. sect. 1. n. 31.

Cessatio à diuinis interdum indicitur in- terdicto præcedente, vt accedat tunc noua, & archior prohibitio cessationis: cuius proinde effectus cum interdicti censura coniunguntur. Interdum vero cessatio pure, & sine interdi- cto apponitur. Fill. tr. 18. n. 181. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 6. n. 5.

Inspecto iuris rigore, non videtur licitum, in quatuor festiuitatibus exceptis Cap. Al- ma, officia diuina tempore Cessationis cele- brare. Quia exceptio huiusmodi solum de in- terdicto est facta. Sanchez de matrimo. li- bro septimo disput. 8. num. 18. Suar. d. 39. sect. 2. numer. 12.

58
De prima-
tione sepul-
ture Sacra
per Cessa-
tionem.


59
Præcedit
aliquando
interdictum
cessationem,
aliquando
non.

60
Non exci-
piuntur fe-
stiuitates
vllæ.

BAR
10r.
VII.

SECTIO SECVNDA.

De Interdicto Dubia.



CAPVT VIII.

Circa Interdicti Diui- sionem.

DVBIVM I.

Interdictum latum in familiam estne speciale?

61
Dum nulla
oculo.

RECOLO ex section. 1. Inter- dictum aliud esse locale, per- sonale aliud, vtrumque autem diuidi in generale, & speciale. Interdictum locale generale est, quod plura loca sub se con- tinet: speciale, quod specialem locum spectat. Interdictum vero personale generale est, quod fertur in aliquod corpus politicum, quod pro- priis legibus gubernari potest: vt si incolæ huius Prouinciæ, Ciuitatis, Parochiæ, Collegij,

vel alterius Communitatis interdican- tur. Spe- ciale autem est, quod in personas particulares fertur, vt in Antonium, Petrum, &c. Neque opus est, vt hæ personæ propriis nominibus de- signentur. Satis namque est, si sub al qua ra- tione communi exprimantur, vt si in personas tale delictum committentes feratur, sufficien- ter exprimuntur singulares personæ: licet sint ignotæ. Iam requiro, num interdictum la- tum in familiam speciale sit, an gene- rale?

Speciale, nō generale est. Quia familia non constituit Communitatem propriis legibus gubernandam. Sic Palud. in 4. dist. 18. quest. 8. non genera- articul. 1. conclus. 5. Hurtad. de Interd. difficul. 2. le. Sayrus libro quinto thes. capite quarto nume- ro decimo. Henriquez libr. decim. tert. caput. 42. numer. tert. Auila part. quint. disputatione prima dub. quart. conclusio. octau. Bonacin. tom. prim. disputation. quint. de censur. punct. 1. numer. 16.

Generale est, non speciale. Quia interdictū illud videtur ferri non in personas, quatenus aliqua qualitate sibi propria afficiuntur; sed non specia- quatenus communi afficiuntur qualitate: le est. nempe quatenus sunt ex tali familia, & vnum corpus politicum component. Ita Coninch disputatione decima septima dubio prima

62
Speciale est,
non genera-

63
Generale,
sed non specia-

primo numer. undecim. Palao de cens. d. 5. punct. 1. num. 7.

64 *Prima eligo sententiam.* Hanc sententiam valde esse probabilem scio, imo à P. Castro Palao probabiliorem vocari. At ego primæ communi quidem adhæreo. Nam cum de interdicto personali generali Doctores loquuntur, asserunt debere esse corpus politicum, quod propriis legibus gubernari possit: idque in familia non inuenio.

DUBIUM II.

Interdicta Civitate, vel Diœcesi, Cathedralis Ecclesia censeturne esse interdicta?

65 *Nō censetur interdicta.* Non censetur interdicta. Quia cap. Quamvis, de prebend. in 6. nomine Ecclesiarum non comprehenditur Cathedralis in casu odio, qualis erat casus illo in textu relatus. Sic Couar. ad Cap. Alma mater, p. 2. §. 1. num. 4. Staphyleus de litter. gratia, fol. 1569. Henriquez libr. decim. terr. cap. 42. numer. 1. plures referens.

66 *Interdicta censetur.* Interdicta censetur. Quia alias enervaretur vis interdicti generalis, contra textum in cap. Si Civitas. Ita Sayr. l. 5. thes. c. 3. n. 10. Suar. d. 32. sect. 2. n. 22. Bonac. 10. de cens. d. 5. punct. 1. num. 7. & alij apud ipsum.

67 *Hoc dicendum.* Hæc sententia mihi omnino tenenda videtur. Cui non obest textus in c. Quamvis. Quia non dicit, sub nomine Civitatis, vel Diœcesis non comprehenditur Cathedralis Ecclesiam: sed sub nomine Ecclesiarum Civitatis, vel Diœcesis. Quocirca si interdictum esset omnium Ecclesiarum illius Civitatis, vel Diœcesis, probabile est Cathedralis non comprehenditur ex textu illo: ut docuere Henriquez lib. 13. cap. 42. numer. 3. & Sayr. libr. 5. cap. 3. dub. 10. Quia Ecclesia Cathedralis ob eius dignitatem speciali nota digna censetur, nec venit sub ditione vniuersali omnium Ecclesiarum. Sicuti non veniunt Cathedralis Ecclesie Canonici sub generali Clericorum interdicto.

DUBIUM III.

Interdicta Diœcesi, Civitas censeturne interdicta?

68 *Nō censetur interdicta.* Inimè interdicta censetur. Quia Diœcesis accipi debet secundum suam propriam speciem, iuxta quam equidem à Civitate differt. Sic Bonac. 10. de cens. d. 5. punct. 1. num. 11.

69 *Interdicta censetur.* Interdicta censetur. Quia Diœcesis ex Civitatibus, Villis, & pagis coalescit. Ita Ferdin. à Castro palao de Censur. dub. 5. punct. 2. Parag. 1. num. 4.

Verius censetur Diœcesis interdicta, Civitate, & omnia Diœcesis loca comprehendit. Quid enim est Diœcesis, nisi Civitatis, Oppidorum, villarum, quæ in ea continentur colligatio? Ergo interdicta Diœcesi censetur interdicta omnes illius partes: sicuti Civitate interdicta, censetur interdicta omnes Ecclesie, quæ in illa continentur.

DUBIUM IV.

Si terra aliqua diuisim sit nocentis, & innocentis, & interdicto plectatur: terræ illa, quæ ad innocentem pertinet subiciatur interdicto?

Certum est, interdicto non subiciatur terram, quæ pro indiuiso alterius est innocentis, Quæsi-
ne absque culpa innocens puniatur c. fin. l. 9. 4. statui.
D. Antonin. p. 3. tit. 27. de iur. d. c. 3. y. l. 1. v. Interdictum. 2. Quid autem, si terra illa diuisim sit nocentis & innocentis, ita ut pars illius nocenti competat, & pars distincta innocenti. Num pars quæ ad innocentem spectat, generali interdicto locali subiciatur?

Non subicitur, sed ea solum pars, quæ ad nocentem pertinet. Quia ubi culpa non ad. Non subicitur
est, iniuste pœnæ iacula contorquentur. Sic citat Sayr. libro quinto thesaur. capite tertio numer. 23.

Subicitur quidem censuræ & pars illa quæ ad innocentem spectat. Quia alias interdictum generale latum in terram domini nocentis subiciatur
eluderetur, contra textum in cap. Si Civitas, de sentent. excommuni. in 6. Eluderetur autem, si populus habitans in terra interdicta directæ, posset ad diuina audienda & celebranda ad partem terræ contiguam accedere. Ita Palao de censur. disputat. 5. punct. 2. Paragraph. 1. numer. 6.

Exitimo veram esse primam sententiam, si de interdicto directo & immediato loquamur, Autem
at si de interdicto accessorio, & quasi per con. sequentiam sermo sit, verius credo, partem illam innocentem competet interdicto subici, ne interdictum generale latum in terram domini nocentis eludatur.

DUBIUM V.

Si interdictum hac forma feratur: Interdicimus omnes terras, quas Dominus habet vel possidet comprehenduntur hæ quarum solum vsum fructum habet?

Certe si de terris ad dominum pleno ore pertinentibus loquamur, si interdictum feratur hac forma: Interdicimus terras illius Domini, in qua ipse dominum habet: omnes terræ sub

Seet. II. De Interdicto Dubia. 303

sub illius dominio existentes interdicuntur. Quia nulla est ratio, ob quam vna potius, quā alia sit interdicta, & dictio, *Omnes* nullam excludit. At ex prædicta forma non subiiciuntur interdictæ terræ, in quas solum dominus iurisdictionem habet, & administrationem, vel vsumfructum. Quia harum proprie dominium non habet. Neque crediderim, subiici terras, in quas solum dominium indirectum dominus habet: vt sunt datæ in pignus, vel hypothecam, aut feudum. Quia illud interdictum in damnum potius feudatarij, & hypothecarij cederet. Quæsierim vero, si interdictum sub hac forma feratur: *Interdicimus omnes terras, quas dominus habet, vel possidet*: an comprehendantur illæ, quarum solummodo vsumfructum habet?

76 Non comprehenduntur. Quia à domino illo hæc terræ pleno iure non possidentur: & ly habet, vel possidet plenum indicat ius, cum absolute dicitur. Sic nonnulli, quorum sententiam Palao de cens. d. 5. pun. 2. §. 1. num. 6. ait esse probabilem.

77 Comprehenduntur quidem. Quia etiam si in feudum, vel pignus acceptæ sint: at vere ab ipso habentur. Argum. cap. 2. de postulat. Prætor. Ita Auila p. 5. d. 1. dub. 3. Palao citat. Coninch d. 17. dub. 1. numer. 21. Henriquez lib. 1. 3. cap. 42. num. 2. Sayr. l. 5. thesaur. cap. 3. a numer. 17. plures citans.

78 Existimo probabile esse, solum in illa interdicti forma comprehendi terras illas, quæ pleno iure à domino possidentur. Verius autem, comprehendi etiam eas, quarum habet vsumfructum, vt sunt terræ in feudum, vel pignus acceptæ. Dum enim durat ille contractus, vere dicitur eas terras habere, ac possidere.

D V B I V M VI.

Si terras interdicto suppositas Dominus vendat, & solius domini culpa interdicta fuerint, & non incolarum: cessante illarum Interdictum?

79 Interdictum cessat. Quia integra ratio finalis, ob quam illæ terræ sunt interdictæ, est, quia sunt domini delinquentis, vt eo interdicto appositio puniatur, & corrigatur: quæ ratio omnino cessat, alienatione facta. Sic Coninch d. 17. dub. 1. num. 22. Hurtad. tr. de interd. diff. 5. fine.

80 Non cessat interdictum. Quia interdictum illud non fuit latum sub conditione restrictiua quouique terra illa domini delinquentis esset; sed absolute latum est, vnde ad quemcumque transeat, secum onus interdictum ei annexum defert. Ita Geminian. Anchar. Francus, Syluest. Palad. Sayr. quos refert, & sequitur Palao de cens. d. 5. pun. 2. §. 1. n. 6. Suar. d. 32. sect. 2. num. 3. Vgol. tab. 5. c. 12. n. 3.

81 Esto ratio finalis, ob quam terra illa interdicta fuerit supposita, cesset: non tamen inde probatur cessare interdictum ipso iure, ob rationem præfatam, sed esse auferendum. Vnde mihi secunda sententia magis aridet.

D V B I V M VII.

Exteri csi diu in populo habitent, eximuntur ab Interdicto personalis generalis lato?

82 Non eximuntur. Quia diu inibi habitantes, vti assolent Scholastici, mercatores, litæ gerentes, &c. legibus populi adstringuntur. Sic plures Doctores, quorum sententia admodum est probabilis, eam approbante Calstro Palao de censur. disputat. 5. punct. 2. Parag. 2. num. 6.

83 Eximuntur equidem. Quia exteri ad populum non pertinent, nec partes illius sunt: Ergo legibus suis, quæ pœnales sunt, minime subiiciuntur. Ita Bonacin tom. 1. de cens. disputat. 5. punct. 1. numer. 20. Vgol. tab. 5. cap. 20. Parag. 1. num. 2. Henriquez lib. 1. 3. capit. 21. numer. 3. Nauarr. capit. 27. numer. 167. Sayrus lib. 5. cap. 4. nu. 19. Auila p. 5. d. 5. dub. 4. concl. 10. Coninch d. 17. nu. 12. & alij.

84 Licet exteri plerumque legibus populi adstringantur, quod negari non potest: non tamen adstringuntur illis, quæ singulares personas, quatenus sunt illius populi afficiunt: vti est lex hæc interdicti. Vnde exteros hoc ex capite minime afficere potest interdicti pœna.

D V B I V M VIII.

Duplex habentes domicilium, alterum in loco interdicto, alterum in loco, qui Interdictus non est, afficiunturne censura personalis?

85 Afficiuntur plane. Quia vere sunt de populo interdicto & illius perfruuntur honoribus: Ergo debent oneribus etiam prægruari. Sic Calderin. tr. de interd. membr. 2. nu. 39. Angel. v. Interdictum 1. n. 4. Tabie. eodem, §. 10. Rosel. ibid. n. 8.

86 Non afficiuntur. Quia cum equè pares sint populi interdicti, & non interdicti: nulla est ratio, ob quam populi interdicti onus subire debeant potius quam libertate populi non interdicti potiri. Ita Sayr. l. 5. thesaur. c. 4. n. 18. Henr. lib. 1. 3. cap. 42. numer. 2. Syluest. v. Interdictum, num. 13.

87 Mediam teneo viam. Interdicto subiiciantur cum in loco interdicto habitant: secus si in loco non interdicto commorantur. Quia æquum est, vt durante habitatione, alijs de populo, cuius ipsi sunt pares, conformentur. Mecum Suarius disputat. 32. section. 2. n. 16. Filliuc. tract. 19. num. 14. Bonac. to. 1. d. 5. de cens. pun. 1. num. 20.

D V B I V M

DVBIVM IX.

Cum Interdictum fertur à summo Praefule, seu ab eo, qui in seculares, & Regulares iurisdictionem habent: comprehenduntur Religiosi, interdicto Clero?

88
Comprehenduntur.

Comprehenduntur quidem. Quia communitas in populum & Clerum dividitur. Argum. Cap. Si sententia, de sentent. excommunicat. At Religiosi etiam laici siue mares, siue feminae, non sunt de populo, ut suppono: ergo sunt de Clero. Igitur interdicto Clero, censendi sunt esse interdicti. Sic Couar. ad c. Alma, p. 2. §. 1. n. 8. Nauar. sum. c. 27. n. 167. Suar. d. 32. sect. 2. n. 13. Philarc. de offic. Sacerd. p. 1. l. 4. c. 3. Viuald. de interd. nu. 159. Tolet lib. 1. cap. 18. & alij.

89
Non comprehenduntur.

Non comprehenduntur. Quia esto sub nomine Cleri Religiosi in fauorabilibus intelligantur: non tamen in penalibus & odiosis: ut pote qui diuersis legibus, ac constitutionibus reguntur. Ita Vgolin. tab. 5. §. 5. numer. 3. Henriquez lib. 13. cap. 42. numer. 3. Sayr. lib. 5. thesaur. cap. 4. numer. 29. Auila p. 5. disputation. 1. dub. 4. concl. 7. Coninch disputat. 17. n. 8. Filiuc. tract. 18. numer. 14. Layman. lib. 1. tractat. quint. part. quart. capit. 1. numero tertio. Hurtad. de interd. diff. 4.

90
Hoc affirmo.

Si interdictis Religiosis, non censentur Clerici seculares interdicti, ut fert communis sententia neque etiam interdicto Clero, Religiosi censendi sunt interdicto affici. At si Religiosus beneficium seculare possideat, interdicto Cleri subiicitur. Quia vnum cum Clericis seculares corpus constituit. Hurtado, ac Sayro annotantibus. Verum si interdictum latum esset non sub nomine Cleri, sed sub nomine personarum Ecclesiasticarum: crederem Religiosos tam Clericos quam laicos comprehendendi. Quia vere sunt personae Ecclesiasticae ad Ecclesiam, illiusque iurisdictionem directe pertinentes.

DVBIVM X.

Interdictis alicuius vniuersitatis Doctoribus, afficiunturne Doctores Clericali statu insigniti?

91
Non afficiuntur.

Non afficiuntur Doctores Clerici, sed laici tantum. Quia solum Doctoribus laicis competit, vniuersitatem constituere, siue communiter. Sic Angel. verb. Interdictum 1. numer. 9. Rosel. lib. 1. num. 15. Syluest. 2. nu. 18. Vgolin. tab. 5. Parag. 5. numer. 3. Sayr. lib. 5. thesaur. capit. 4. numer. 10.

92
Afficiuntur.

Afficiuntur plane tam Clerici quam laici Doctores. Quia nomen Doctoris aequè Clericis ac laicis est commune. Ita Tabie. verb. Interdictum 1. numer. 9. Armil. numer. 11. Viuald. numer. 169. Henriquez lib. 13. cap. 42. numer. 1.

Bonacin. tom. 1. disp. 5. de censur. punct. prim. nu. mer. 17.

Hos sequor. Nam ex Doctoribus tam Clericis quam laicis communitas, seu vniuersitas huiusmodi coalescit, ut experimento comprobatur.

DVBIVM XI.

Interdicto populo, interdiciantur loca eius censentur?

Censentur interdicta. Quia alias interdictum frustraneum esset cum Clerici possent aperire ianuam, & campanis pulsatis in Templis illius censentur. Interdictum populi diuina peragere. Sic Couar. ad c. Alma, p. 2. §. 1. numer. 7. Henriquez lib. 13. cap. 42. circa finem.

Minime interdicta loca illa censentur. Quia interdictum personale à locali distinguitur, neque vnu aliud inferat. Neque est inconueniens, ut interdicto populo, possit Clericos diuina in illa Ecclesiis illius populi peragere, cum Ecclesiae non sint interdictae. Ita Nauarr. summ. c. 27. numer. 167. Hurtad. tractat. de interd. diff. 3. Auila part. quint. disputation. prim. dub. 2. Coninch dub. 17. numer. 20. Sayr. lib. 5. thesaur. cap. 4. numer. 16.

Hanc sententiam probabiliorē esse iudico. Neque enim inde sequitur, interdictum populi eludi, cum populus debeat à diuinis illis officiis audiendis abstinere. Quod si populus interdictus eis velit assistere, neque expelli valeat, cessare debent Clerici ab illorum celebratione, non ex lege interdicti, sed ob scandalum vitandum, & ad peccatum cooperationem.

CAPVT IX.

Circa Interdicti Causas.

DVBIVM XII.

Episcopus, seu Prælatus sub se Capitulum habens potestne sine eius consensu interdicti sententiam ferre



TEST quidem. Quia consuetudo legis vim habens edocet, id illos posse, cum quotidie huiusmodi potestatem executioni mandari videamus, tali sententia vim suam exercente. Sic Calderin. de interd. membr. 3. numer. 4. Glor. ad ap. 1. de excessib. Pralat. verb. Capituli. Abbas ibi. Vgolin. tab. 5. capit. 1. Paragraph. prim. Suarius dub. 36. section. 1. numer. 6. Sayrus 1. §. thesaur. cap. 10. numer. 20.

Minime potest. Quia c. 1. de excessib. Prælator. Pontifex